



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Princeton University Library



32101 066874395

RECAP

2509

717

509

717

ANSWER

159624g

MICHAELIS PICCARTI,
FRANCI
PROFESSORIS NORICI
PERICVLORVM
CRITICORVM

LIBER SINGULARIS.

Diu desideratus:

Multorum rogatu alterâ jam vice
editus

Cura

IOHANNIS SAVBERTI
IN ACADEM. JULIA PRO-
FESS. PVBL.

42(0)26

23

HELMESTADII,
Typis & Sumtibus JOHANNIS HEITMULLERI.
Anno cœlo cLXIII.

Gurlitt, Hamburg 1802.

*Admodum Reverendo, Nobilissimo Amplissimo
mōg. Domino,*

D. IOHANNI CHRISTO-
PHORO NEVSTETTER
cognomento **STYRMER Eq.**
F R A N C O.

Cathedralium Ecclesiarum, B A M B E R G E N S I S
D E C A N O , M O G V N T I N E N S I S & H E R B I P O L E N S I S Canonico,
ad S. J A C O B U M Præposito Bambergæ, S. C A S A R .

M A J E S T. à Consiliis,
Domino Meo Clementi.

ERUNT fortasse, Reverende admodum, Nobilissime Amplissimeque Domine Decane, qui mirentur etiam tingantur : Rev : Dignitatem & Amplitudinem Tuam, in Optimatum Reip. Christianæ Ordinem meritissimo suo cooptatam, nugis hisce Criticis à me adiri compellarique, cui alia omnia potius ex decoro consecrari, Dignitatisque ac Virtutis respectu debuerint. Qui si ita accipi velint, quasi majora & luculentiora munera splendorem tuum deceant, tantum abest, ut dissentiam, ut si propugnare hoc sit opus, in prima sim acie congressurus. Sin ita ; quia hæc, ut levia, ita ignara tibi, etiam despectui sint : næ illi parùm te nosse videntur, aut inveteratam familiæ tuæ gloriæ malitiosè

A 2

dete-

1809
2509
117

deterere velle putandi sunt. Non h̄ic ambitiosē quod promitum mihi tamen & facile foret, ab antiquo repetam Majores tuos: omni & belli & pacis dignitate, gloriofissimè perfunctos. Duos solum attingam Heroes Familia vñ fr̄z: Erasmus Patruum & Sebastianum Parentem & Magna, Deum immortalem nomina, nec sine religione appellanda. Quorum ille, quanquam multorum, judicare de virtute valentium, suffragiis consentientissimis, summis dignitatibus ornatus fuerat, primum Canoniciatū Cathedralium Bambergensis, & Herbipolensis Ecclesiarum donatus, mox Jubilæi & Senioris, tandem Præposituræ Comburgensis dignitatibus auctus, tamen omnibus illis, & quæ cunque accedere potuissent aliæ, infinitis partibus fuit superior, tantoque maximis dignior, quanto fortius eas sprevit. In quo Virtutum, in primis Magnanimitatis certamine vel nihil ei cessit, vel perparum Frater ut sanguine, ita animo conjunctissimus, SEBASTIanus Pater tuus. Unde & factum, ut dominus eorum non aliter à doctissimis Germania Viris, quam Athonæum aliquod aut Phœbi Musarum que Sacratum frequentaretur, (Equorum in numero unumes r̄ placet excerpere Magnum illum Francie nostra Ocellum IOACHIMVM CAMERARIVM Patrem, tantq; Viri virtutum acerrimos custodes utrumq; Filium, IOACHIMVM publico luctu denatum & optimo Publico etiamnum superstitem PHILIPPVM, PETRVM item EOTICHIVM, Virum & Poëtam optimum celeberrimumq;, FR. MODIVM, Virum quā Eruditissimum quā Candidissimum. Deniq; CVNRADVM DINNERVERM, ICtum, PAVLVM MELISSVM, POSTHIVM, & alia præcē Virtutis Sapientia columna.)

Qui & grata hæc habuerē studia nostra, nec sovenda solum sibi sumiscere, sed & tibi, quem dignitatum bonorumque

D E D I C A T O R I A.

que hæredem superstites videre, duces autoresque extitentes, conjugeadi cum Reip. cura, in qua totus eras, & omnium liberalium doctrinarum cognitione, eujus non admirator solum magnus, sed & præcō fatundus Modius fuit, studium quoque & favorem literarum harum: Quorum tu voluntatem ira superasti, ut penè glorie illorum prævaricari voluisse malevolis videri possis. Aliter autem acceperes, Sapientissimi multis retro annis, Præfules Germanie nostræ, qui ex suis Virtutibus & fatis, aliena metientes, non solum admirati te sunt, & ipsa oculis animoque habuere, sed & congestis in te certatim Amplissimis dignitatibus, ostendere publicè; te sic natum, sic eductum, sic exercitatum fuisse, ut nihil dari possit ardui & difficilis negotii, nihilque reperiri vel utile vel honorificum, quod à tua Sapientia & Virtute non debeat expectari, non possit effici.

Hunc talem, admodum Reverende, Nobilissime & Amplissime NEVSTETTERE, cum te non solum esse volueris, sed & luculentissimis exemplis docueris, nemo Bonus mihi vitiō vertet, si antiquam Phœbi Musarumque Coloniam queram ego quoque; fanumque hoc ingressus, ponam & meum aliquod, quanquam levidense dñhariunt, votum pro incolumitate tantorum numinum, quæ in te vivunt, atque utinam non recum moriantur, concipiā & memoriam mei tibi commendem. Trahit me huc Vrbis, cuius tu Smaragdus es, ut Universæ Fratricæ unio, præterea Amor, quæ Majores meos produxit & duobus, & quod excurrevit, retro seculis fovit, parentēm etiam meum in lucem hanc extulit. Eam in te, quem præsidium ipsa suum libenter agnoscit & colit, salutare quoque volui, nec te ut credo invito: Non enim abludit à magnitudine vestra, splen-

EPISTOLA DEDICATORIA.
dolis aliquid fœnerari ijs, qui de Virtute vestra eximiò sensiunt.

Accipe ergo Reverende, Nobilissimeque Domine, & utraque causa quidem libellum hunc, eumque præsidio, & auctoritate tua muni, & monumentum observantia in te meæ, vel in extremo angulo augusti pectoris tui suspende. Erit forsitan, ut cum tempore sequatur donum aliud, teque magis dignum. Ita ut Vir Splendissime vivas & valeas, Deusque Opt. Max, & vitam mihi & vires largiatur, præstandi aliquando, quod yovi: Vale etiam, literarum literorumque præsidium & decus, rebusque gerendis quam diutissimè ex a vita propriaque Virtute præsto,

AL TOR FIO Extremo Januario Anni post partam à Christo Salutem M. DC. VIII. quem tibi felicissimè evenire opto & foveo.

*Admodum Reverenda Nobilissimaq;
Dignitati, Virtatig; tua*

Deditissimus

Omni observantia & cultu

M. MICHAEL PICCARTVS
Francus, Professor Noricus.

AD

PERICVL A hæc, LECTOR candide, cur nunc
 temporis emittam, caussam dico dupli-
 de caußâ: primûm ut de ijs judicium meum
 audias tu; deinde ut ne reformidem tuum.
 Adulescens partim Præceptorum monitu,
 partim ingenii propensione, humanioribus
 studiis addictus, vidi ætatis illius gloriam esse,
 notasse, quæ aut viderentur in bonis Auctori-
 bus mutila, manca, depravata, aut meliora fie-
 ri posse emendatione vel à MSS. vel ab inge-
 nio. Itaq; hanc quidem viâ institi etiam ipse,
 nam istam per inopiam codicum parùm licu-
 it. Notata sunt mihi pauca quædam, eaq; levi-
 cula & neglecta potius aliis Criticis, quam non
 visa. Ea pressi haetenus, quia mea ipsius æsti-
 matione non digna viderentur, quæ lucem
 viderent. Succrescente ætate, quod fieri amat,
 in lectiones Scriborum quandoque versanti,
 quædam occurrere non magna quidem illa
 quoq; meliora tamen, nisi fallor, istis de qui-
 bus modo dixi: Ea cum vidissent apud me A-
 mici, nec improbarer, cogitavi edere, Lector,
 ut cerneret & judicaret ingenii vel profectū
 vel defectum: omnino autem aliter ne acci-
 perer,

perer, nisi ut adolescentiæ labores, hoc est, uno
ut te absolvam verbo, nugas, quæ ipsæ tamen,
si non alios, hodiè tamē qui sunt, adolescentes
afficiant. Et præstat profecto, aliquid operis
vel tantilli ætati illi præire, quam exemplo ad
torporem & ignaviā invitare, pronā illo suapte
spōte. Ita ergo, ut dixi, capē Lector, nec ex hoc
opusculo totū mē metire. Alia mihi nunc &
graviora sunt studia. Hęc, quæ do, & aliūs fuere
ætatis & nunc sunt mihi παρεγγέλματα. Si quid com-
peries hic fortè, notatū jam ante aliis, serio te
stor, nec visum mihi nec lectū, nisi cū innuo.
Neq; in his talibūs opus fuit alienæ industriæ
catillatorē sive sublingionem esse, & γενική η-
φαλική. Possem id minori facere periculō, in-
scribitis gravissimorū Philosophorū doctissi-
mis, quæ nondū edita penes me habeo: sed nec
ita factus sum, nec ita doctus. Quod te præmo-
nendū duxi. Bene vale &, si faveris brevi librā
quoq; secundum exspecta. Ad Valerium etiā
Flaccum, cuius, si De vs vitam protraxerit, Edi-
tionē & justos adorno Commentarios, si quæ
habes subsidia, amicē quæso, quisquis es, bono
publico literario confer & communica.

PERI-

PERICVLORVM

MICHAELIS PICCARTI

F R A N C I

P R O F E S S O R I S N O R I C I

L I B E R S I N G V L A R I S

CAPUT I.

Bucephali Etymion inquisitum.

MAgna est inter Grammaticos lis : Bucephalo, Alexandri equo celebratissimo etiam Historicorum monumentis, unde nomēa fuerit. Sunt qui dicere non erubescant, caput ei bubulum fuisse : O cor hominum sive os portius : scilicet tantum regem monstro delectari potuisse : Alii his haur multò meliores, à capitū magnitudine dictum, se nobis persuadere postulant: Sōū enim in compositione augere, hoc verò esse claimant, quod pueri sciant. Sic βράυοι dici, sic alia infinita : Sunt denique aliij qui Bucephalon dictum sentiunt, quia caput bovis armo ejus impressum fuerit: Errant omnes, nec mei animi, eos ire refutatum, qui cæterarum rerum doctissimi: Primi certè seipso satis sui erroris convictos adtinent, secundi non considerasse videntur descriptionem sive dotes boni Equi, quali Alexandrum usum nemo negārit, apud Virg. 3, Georg.

— — illi ardua cervix

Argutumque caput;

Varro

Varró exiguum requirit, Columella si ecum & pelle propos
modum solis ossibus adhaerente. Proximi veritatis arcem
tertij sunt, nondum tamen in ipsa: Nos tentabimus: In
Thessaliam Equi olim habebantur præstantissimi; docet Ora-
culum vetus:

Ἴπποις δέ ταλαιπώνται κακοίσια τε κακά.

Item Lucili: qui in reliquis (quas pari studio & felicitate
collegit ediditque juventis Nobilissimus; Juxta & Eruditissi-
mus, Franciscus Douza) lib. 30. Amicam suam ferocem
acrem & superbam, eleganti traductient, *Equam Thess-*
lam appellat argute. Hujus regionis Equi variis notis im-
pressis sive potius inustis nobiles siebant: Inter alias multis
inurebatur Βερεφάλος herbz figura: Quo signo notati, dice-
bantur Bucephali: Neque enim Grammaticos hic audien-
dum, qui suum hoc Alexandri Equo & proprium esse no-
mencensent. Frustra illi sunt cum isthac censione οὐ: E-
qui hoc nomine apud antiquos multi. Ampliter testis Ari-
stophanes, in "Αγεγύρας μη κλαῖ", inquit, διὸ τοῖς Βερεφαλοῖς
λυρούμενοι: Et iterum: Ψυχεὶς τὸ πέμπτον τὸ Βερεφαλόν καὶ κοπτασί-
αν (Κενταύλας obiter noto equum dictum litera Κ notatum),
quam Vett. νόπτα, docente Scholiaste Aristoph. in Nubi-
bus, & Eustathio enunciabant, quemadmodum Sampho-
ran litera ε notatum, quia Dorientes illam literam San-
cebant, teste Athenaeo, ut docuit me, exillis, Cælius Rho-
diginus lib. 4. c. 31.)

Facit huc Apul. locus xi. Miles.

*Famulis meis equum illum meum reducentibus, quem
diversè distractum, nota dorsalis agnitione recuperaveram.
(ut recte emendavit eum locum Schickeradius) sed dice-
re non sufficit: Auctorem sententiæ mædo Etymologiæ
ci Auctorem: Βερεφαλός ὁ ἵππος, inquit, εἰ λέξανθρο-
πεύκ-*

'επίνειον', 'υχ' ὡς τῆς οἰνήσι, ἵτι θόρει κέρατα εἶχον (notatae aliam opinionem) τοιν' γὰρ ψεύδεσι, 'επομένην γὰρ τὸν Αλεξανδρόπολις ζευσοῖς, ἀλλά, οἴηντας τοις θεοῖς θεσπαλίαις σπαλαγχνοῖς ιππαῖς σχοτεῖς' γυναικαὶ μὲν οὐκεάντων.

Cujus rei causas indaganti, primū omnium venit in mentem, Thessalos olim beneficiis Magicisque artibus fuisse famigeratissimos. Plautus Amph. sc. Vos inter vos: *Thessalum beneficium.* Horat. Od. 27, lib. I.

Quae saga, quis te solvere Thessalī Magus venenis quis poterit Deos. Tibull. lib. 2. Eleg. 4.

Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni,

Quicquid & herbarum Thessala terra gerit.

Jam τὸ Θεοφράστης, quod Latinis Antirrhinon, ex vires creditur dōcentibus (ut me monuit CL. & Conjunctionissimus Collega meus CASPAR HOFFMANNVS Medicus & Philosophus summus) Theophraste, Dioscoride, Plinio, ut à quibus gestetur, iis gratiam conciliet, honores, dignitatesque augeat, venena innocua faciat, Magicas incantationes abigat, Theophrasti verba, 9. hist. 'ἄκλατα γάρ τῶν αἰθ πε-
τεῖ τὸ ἀναρρίνον καλέμενον, κάρπων ἀστερες μούχη εἶναι ἔχει. τὸν
δέ δέποτε τὸ τοῦ ἀλεφόνερον δοξεῖν. Dioscoridis lib. 4. c. 128,
τορπεῖται δέ τὸ τοῦ αντιταραθέντος Φαρμάκος τελεστόνερον ἀπί-
χαστο τοις ἀλεφόνερον στων ελαῖας κρίνεται. Plinius eadem
lib. 25. c. 10.

Anarrhinon vocatur sive anorrhinon sive Lycnis agria semine virili narium, & hoc per unertos venustiores fieri, nec ulla malo medicamento ladi posse aut veneno, si quis in brachi ali habeat, arbitrantur Magi.

Matthiolus scribit Scorpios attractos duntaxat hac planta torpescere. Matthiolus summis ex Plin. libr. 2. cap. 26. Lycnis sylvestris, scorpionibus adeo contraria, ut omnino visa

ca torpescant. At Lychnidem sylvestrem etiam Antirthi non vocari scribit non tantum ipse, sed & Diosc. loco citato. An forte superstitionissimum hominum genus, fascinationis mirum quantum metuens, etiam effigiem ejus ad eadem facere censuit. Hoc amplius: si Bellonio fides habenda, Viro certe plurimi rerum usus &, ut ego existimo, fidei Alexandri Bucephalus Equa fuit non Equus. Refert enim ille:

Incola urbis Philipporum lapidem ex marmore Thasio ostendunt excavatum, quem Equus ita per Excellentiam Bucephalum appellant) præsepe fuisse dicunt.

C A P V T II.

Leviter & modestè à sententiâ duorum magnorum Virorum discessum. Jaeturæ pro impensis. Nec pro & non divisim.

VErba sunt C. Julii Cæsaris lib. vii. de Bello Gallico 1. Germanos atque Ariovistum fibi adiunxerat, eosq; ad se magnis jaeturis pollicitationibus perduxerat. Eum Cæsar is tocam magnus quidam Vir in mendo cubare ait, ideoque censet legendum, suadente; ut ait, sententiâ: pro jaeturis, capturis: Mihi vero liceat leniter & leviter dissentire: Tò jaeturis enim adserere mihi certum est: ut qui jaeturas pro impensis dicere bonos auctores scio: Cic. pro L. Manil.

Nunc quâ cupiditate homines, quibus iacturis, conditionibus in provincias proficiuntur.
Et lib. 6. Ep. ad Att. Ep. i.

Quid enim potest esse tam dissimile, quam illo imperante exhaustam esse sumptibus & iacturis provinciam. *Gloss.*

Gloss: *vetus*: *luctura δονβολη*, *βλαχη*, *ενβολη*, *ζημιη*. Et ne simplicem insaniam, vulgatam in Virgil. Lestionem adseram etiam contra Gul. Canterum, at quem virum. Versus est. 3. Georg. de Equo vetulo:

— abde domo nec turpi ignosci senecta.

Canterus legit abde domo & turpi i. s. Senectutem enim turpem nemo inquit ignorat.

Ego non solum ignoror esse turpem, sed contrarium scio, Equi boni senectutem esse honestam: Valere ergo particulam, Nec, divisim ajo. Et non: hoc sensu: Abde domo & ignosce non turpi senecta. Juvat me Servius Petr. Danielis, cuius verba subscrivam:

Cicero in Catone maiore & laudat & vituperat senectutem: unde dupliciter hunc locum intelligimus: aut nec ignoscatur turpi senecta: aut Non turpi senecta ignoscere, id est, abde & ignosce senecta qua turpis non est, quia per naturam venit. Ceterum particulam Nec divisam habere significationem aliquot locis notavi. Ovidius:

Ora nec immundâ mane lavabis aquâ.

id est, & lavabis ora aquâ non immundâ. I. penult. ff. de remilit.

Quod si ratio constiterit nec desertorem fuisse apparuerit. id est, apparuerit non fuisse desertorem. Arnob. lib. 1.

Eius voluntate & arbitrio & interire & solvi, nec solvi possunt nec interire.

id est, & non solvi possunt & non interire.

CAPUT III.

Amphitruo Plauti examinata.

VERE quidem Arnobius libr. 7. Adversus Gentes;

Ponit animos, air, Iupiter, si Amphitruo fuerit aetius, proniciatusq. Plautinus.

Egregie caim & acri aceto Gentilium superstitione in ea perstringitur: Erudita tamen Comoedia est mediis fidis & multâ antiquam historiam face inlustrans. In ea nuper cum essem, hæc è Manuscr. Birckemerae Bibliothecæ notanda sunt visa.

Primâ scenâ quâ Sosia pugnam herilem graphicè despingit, de equitibus ait:

Cum clamore involant impetu alaci.

Versus claudicat: cui Lambinus consulere sese studens, *impetu, quo particulam adiuxit, recte quidem ad versum,* minus ad sententiam. M. S. *impetu vulcri:* quod etiamsi ingratum videri possit delicatoris palati hominibus, propter nescio quam molestam repetitionem, tamen Plauto familiare est; & celeritatem mirum quantum arguit.

Sc. Age itu: Sic legitur.

At ego nunc Amphitruo, dico, Sosiam servum tuum;

Praterme alterum, inquam, adventens faciam ut offendas domi.

Davo prognatum patre, eadem quia ego sum forma, et a te item.

Versum postremum sic legerim:

D. p. p. eodem, quo ego sum, forma eadem item.

Certè sensus eoneinnior, si quid mihi judicii, & ætas consimilis qui ex adspectu judicetur nondum videre potui, non potuit etiam Lipsius lib. I. de Militiâ Rom. Diat. 3.

Sc. Spes atque opes

Bro: *Tua Bromia ancilla. Amph: totus timeo ita me intercepit Jupiter.*

Lego ex M. S. *totus tremo, quod commedius ad versum ad sententiam.*

paullo post:

— Ibi continuo consonas
Sonitu maximo, ades primo rucre rebamur rinas
AEdes tota confulgebant tua quasi essent aurei.

Rectius forte:

Atque tota confulgebant ex. q. c. a.

Non hic ulla venustas geminationis, quæ supra.

Sc. extrema.

Tu gravidam item fecisti quum in exercitum profectus. l. ex
M. S. meo Tu g. i. fec. quam in e. p. quum, id est, priusquam.

Quod J. Gul. habuisse in mentem vehementer gaudeo.

Prologo Ejusd. fab. quod legitur: Propterea pace adver-
sio: illud pace Interpres Lambinus, Vir magnus, explicat,
pace, id est, bonâ vestrâ veniâ, bonâ cum gratiâ. Liceat
modicè & modestè dissentire, pace idem valet, quod pacifi-
cè non tumultuanter aut superbè. Confirmat me Cl. RIT-
TERSHVSL mei Guntherus, qui id vita Friderici Barbarossa,
lib. 3. vers. 375. canit:

*Si modo pace venis, si pristina jura fidei
Ac bene promerita conservas integra matris,*

CAPUT IV.

Apuleius aliquot locis tentatus.

VERE censuit illud Naturæ Miraculum J. Lipsius de Apu-
lio scribore docto non literas solum & triores veteres;
verum etiam elegantiam, adeoque diligente Plauti æmulo.
Verè, inquam, & absq[ue] solum finis literarum illis pesti-
bus, dignus esset non laude modo bonorum, sed imitatio-
ne doctorum eum judicio. Laboravere in eo perpurgando
& pristino nitorि restituendo viri juvenesque magni. Ber-
aldus, Steevvechius, Colvius, Vulcanius, Siekeradius, alij,
& carum ante studio suo chariorem usque fecerunt. Hæc

neglexisse potius videntur, quam non vidisse: Libr. 3, Miles.
Exempl. Vulcani pag. 38.

Per pignarum caritatem mestus tunc hos tunc illos depre-
caber.

Lego. Nunc hos nunc illas.

Sic Virgil. s. En.

Nunc hos nunc illos aditus omniaenque pererrat.

Arte locum. pag. 39.

At ille non contentus, quod mihi nec adstanti salutium
perbibuit, Lego: prohibuit. Pro prebuit.

Sic Plautus Mænech. Nimioque edo libentius molitum,
Quam molitum præhibeo. pag. 40. At ego ut primum illam la-
ciniam præhenderam, fixus in lapide steti gelidus. I. fixus in
lapidem, sic infra libr. II. pag. 202. in aspectum meum attenti-
tus. pag. 41. Verum statua & imagines dignioribus. meis q.
maioribus reseruare suadeo. I. me q. maioribus: neq; me Col-
vius impedit. 46. p. Et illa quidem magnis suis artibus. I.
magicis suis art. Nam de illis ei sermo. 48. p. Deiecto itaque
& quassanti capite ac demussata contumelia. Sunt qui ma-
line casanti, id est, ad casum prono. Ego quassanti retineo.
Vox ea pulchre stomachantium item superborum & ma-
gnifice se efferenitum. Afin. Plaut. sc. Vt demonstratae.
quassanti cap. incedit. Apul. ipse lib. 2. & 8. eadem voce uti-
tur. Libr. 4. pag. 62. in lepida illa narratione compilationis
ædium Démocharis. Legitur:

Namque dum reduces socios nostros suspensus operior, qui-
dam servulus strepitu scilicet divinitus inquietus.

Malè cohærent; strepitu si quis excitetur, divinitus fieri vix
credo. Aut ergo facest illud strepitu, aut legendum for-
te sit, strepitu scilicet diutino inquietatus.

CAPUT.

CAPUT V.

naphxnon vulgo in vitio, à veteribus adfe-

Etiam sc̄epe videri. C O P I A.

Sunt multi qui nauicam concipient sicubi videant literas easdem vocum initio coaptari & colligari, idque in vitio ponant, neque vereantur *άλοχος οὐδείς* ne soloccisum dicam optimis austoribus impingere. Ego tamen non forte ab iis factum, aut imprudentia dicam, sed vel jurare ausim, adfectare solitos studiosè hujuscemodi *πράγματα* quamquam ex intervallo. Fundum huic rei Musam Latiam Plausum ecce dabo. Casin. sc. sensim: *Mala māte māle monstrant.*

Amph. prol. *Virtutē dixit rōus vīctores vivere.*

Sic eadē Amph. sc. principe: *Optumē optumō operam das optumam.* Asin. sc. ubi ego: *Apprōperabo ne post tempus p̄dā p̄fūdiūm p̄arem.* Placuit item vitium scilicet Virgilio quōque 3. En. Anchisen agnovit amicum, & ibid. *Sola mihi tales casus Cassandra canebat.* & alibi, *sate saxa sonabant.* Etiam Servi verba omittere hīc nōn debeo: Inquit ille super ea, 2. En. verba:

Hic aliud miseris maius multoq̄e tremendum.

(Ita enim q̄alō transpositā vociū)

Apud veteres incipere à similibus viciōsim non erat, & tur- fūtū 3. En. ad illud quod ante monuimus: Casus Cassandra canebat. Hęc compositio jam viciōsa est, qua veteribus plā- chuit. Non abstinxit quoque Catullus, cūni ait;

— In collo sibi collucare posset.

Immò quod mirerē nec refugit Pater Eloquentia Cicero versu illo nobili:

O fortunatam natam me Consule Romam,
Festus in lit. L. versum citat Navl.

Liber

Liber a lingua loquimur ludis liberalibus.

Putant (ut & hoc addam) immo, jurant Grammatici, *Copiam singulari numero rerum quarumvis abundantiam, plurali militares solum sive exercitum norate.* Vellem legissent diutius diligentiusve Ciceronem, aliter censuissent, *libr. 8. ad Att. 19.*

Nequis solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris. Ibid.

Quamobrem te magnopere hortor, ut quam primum cum omni copia huc venias:

Non observavit quoque edictionem illam Virgil. II. En.

Incurrunt densi simul omnis copia Teucrum.

Eodem ferè modo Apul. libr. 4.

Nec inermis quisquam de tanta copia proceperit, sed singulifustibus, lanceis, districtis denique gladiis armati muniunt aditus.

CAPUT VI.

Asinaria Plauti tentata illustrata.

IN lepidissima illa comparatione Amatoris cum Avicula apud Plautum Asin. Sc. unum quodque legitur:

Aves sepe edunt, semel si sunt capta, rem solvunt aucupi. Rem solvere, nescio quomodo hoc loco non Plautinum, quamquam Latinum & alibi eiusurpatum. Resolvere Germanum ejus puto, sic inf. loquitur ead. fab. sc. Quid hoc negoti. Eho ecquis pro vettura oliviri resolvit? Resolvit. Epid. sc. Fecisti. Leni omne argentum abstulit profidicina, ego resolvi. Horat. sat. 3. libr. 1. Litem quippe resolvit.

Certè ita sensus concinnior. Versus legibus suis conformior. *Rem pro patrimonio, facultatibus sèpè, pro symbola nondum legi accipi.* Ead. sc. paullo ante: in Argyriippi

(Hoc

(Hoc enim adolescenti in illa fabula nomen, ut monachus Galielmius) objurgatione, qua lena maleficos mores non sine magno stomacho recenseret, ita legitur:

*Vbi quid dederam, quasi columba pulli in ore ambe mea
terras.*

Lambinus alludi putat ad columbarum in osculando improbitatem & nequitiam, adducitque in eam rem Poëtrum exempla. Ego uti non nego columbas columbatim vivere, id est, se plus satis invicem osculari, ita cæcior Tisca sim, nisi videam ad palpum illum osculorum Agyripum respicere: Alio ramen verba illa *columbie pulli* referenda plane, pleneque scio. Pulli columbarum clurientes osculis suis ori progenitorum insertis pasei consueverunt quarti Agryppum respicere primo ad cibum judico, quod arguant præcedentia. Vbi quid dederam? *Aut ipsi utros* (ut philosophi loquuntur) ad osculorum levitatem digitum intendere, quo ramen judicio meo Legis Valeria beneficium aquaquam sublatam velim. Secna proximè sequenti multa Romanæ superstitionis, que in Auguriis, tanguntur, de quibus consulendis Livius, Horatius, Plutarchus. In recentioribus Alexander ab Alessandro, Tiraquellus, Peuenus. Eleganter Varro irridet inscitiam an dementiam illorum, Deos oriosos & feriatos fore inquiens, si sua confilia corniculæ credereant, aut corvo hominibus indicandi, Mordacius, Prudentius.

Cum Cremera in campis cornice vel oscine parra

*Nemo DEVM monachus persturos marte sinistro,
Tercentum Fabios,*

CAPUT VII. Comœdiæ Plautinæ aliquot tentatæ.

IN Captivis sc. Injicito: legitur hodie apud Plautum:
D Heg.

Heg. Adstringite ipsis, saltis, vehementer manus.

Tyn. Tuus sum tuas vel precidi jube.

Legatur concinnius, nisi meanius fallit:

Tua sunt, tu haec vel precidi jube.

Sic ut verba sint offentis Hegioni manus sive lorariisticæ
ciendas: Eridosteriorum quidem Emendatio sis hujus partem Lib. V et manifesto agnoscunt.

Casin, sc. Vbi ego.

Nunc tamen si uelis me subiccare:

Magis probo veterem lectionem: si ueris me sub. Vere enim Plautinum, hoc est; sic. Most. dicandaro. Virgil. Eccl. n. Orat abducere. Loco movit, quod precederet ubiques: quod tamen non erat tanti: Subicxit enim verbum Lambinus valde foris querit: Ego pyram subiccare pro subigitare possum. Literas enim G. & G. sept. permixtari ostendit Schoppius in arte Critica. Sic Amph. in MS. Camer. Et rem cessisse publicam, legis præcessim in Epid. Artiem prostatigas. Itapud Apuleium contra G. pro G. postea obseruavit Cl. R. Tresh. procul ergo fages abigeront cumq. abiconens.

Porto. Mit. Voluptas. Sic legimus.

Py. Cupio hercole quidem, filia tuu.

P. Quiccupit. Legit. Quin cupit: Quin inter alias significaciones etiam vehementer adseverat: Illud alterum inciso quomodo frigidius sensum est.

Ead, fab. sc. Duce: Alter hinc è uobis nè sis frustra: f melius. Alter haud abibis; nisi concius sit sermo, quod dictandi genus non est insolens. Ead, se p̄t, post r̄iba, lego post ibi: sed hoc atiis credo visum.

C A P U T . I X.

A p u l e i u s C o r r e c t u s.

Apuleium: in manus sumo & in lib. 5. incide his pictibus.
Eius iactio legitur:

Iam

Tam scies ab ineroitu primo Dei cuiuspiam luculentum & amanum te videre dversorum.

Legendum censeo: Tam scires: Qui loquendi modis Apuleio per quam familiaris libr. 7. Pompam cerneret omnis sexus. libr. 8.

Cerneret non tam hercules memorandum quam miserandum spectaculum. Et rursum cod. lib. pag. 141. ubique plures. Et Petroni: Scires non libenter servire, item: Funes ab eadem anicula deductam. Idem: Pantomi morum non patris familia triclinium crederes. Plaut. Curc. Sc. Date viam. Scires velle gratiam tuam.

Non diffinirabo tamen apud Senecam libr. de Provid. Divin. legi: Vide quam altè ascendere virtus debeat: Scires illi non per secura vadendum esse. Nisi f. ibi legendum sit: Scias, aut scires etiam sicut Seneca ipse alio loco, Ep. 86. Quae scires Catonem tibi adilem aut Fabium Maximum, aut ex Cor. neque aliquem suum manu temperasse. Quod ibidem Seneca plus ait: qui super gemmas & monilia calcant, & rursum pag. 76. aurum calcant, id & Segeca habent. Ira enim Philosophia Genius ille Ep. 86. Eo deliciarum pervenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus.

Referrit huc locus Pacati posit: Quisquis aerum gemmas, privatis pedibus præbit. Et Martial. libr. 12. Calcatus quo tuo sub pede luceo onyx.

Ibidem pulcherrime sequitur, Vox sui corporis nuda & Quomodo eleganter Ovid. quoque 12. Metamorph. nudus & viris Olytris erat. Eodem modo: Viduata maratum; Viduata Pharetra. Horatio. Viduare enim Vett. non quod Servius Vult, qui Horatium so nomine reprehendit, saltim de uxoris dicitur, aut quæ sub foeminae sunt generis, sed omni spolio.

Auctor Festas: Viduere Calamitas est quod videtur bonis. Hoc posteriori modo intelligendus & explicandus illius Virgilij locus. Pag. 75. ejusd. libr. Eystasis tamen procedente consuetudine & affectione ioborata Deam quoque illam Deus maritus efficiet: Sensus pro tamen poscit tandem. Nihil tamca mutare ausum. Sic enim Apolog. 1. Cedo nunc, et se inspexisse me fateor, quod tamen crimen est imaginem suam nosse: pag. seq. legitur: Sciet se non ancillas, sed sorores habere maiores. legerim scias: Ejusd. lib. pag. 28. Illamibi adhibenda erit nec ulla alia, qua castiget rugunem istum, Phao retram explicet & sagittas dearmet, arcum denodet & adam deflammet &c. l. Phao retram expuleret, sensu obvio & comminno.

CAPUT IX.

Apuleius emendatus, illustratus.

IN Apuleio multa superesse auctori suo ignora post aliquorum diligenti offendi jam supra, ostendam etiam hoc capite: Initio libri VI.

Animo tanto cupidior & iratum licet si non uxoris blanditiis lenire, certe, servilibus precibus propitiare:
Multo concinnius est, uxoriis blanditiis lenire: sic ut respondeat precibus servilibus. Eod. libr. pag. 95. Oves ibi intenses aurig. tolore florentes dicit: Credo Lucretium imitatus, qui non minus venustè, florentia lumina flamnis dixit. Paullo ante: Se pedum populorum undam formicarum copiam nominat: Eleganter; sic Virg. Georg. 2. dominus alta superbis Mane salutantum totis vorvit aribus undam. Consule in d. Lucretianum Gifian. In unde aeris. pag. 99. Huic squalido seni dubis nauili nomine de stipibus quas fieres alteram. Numlum pretium pro transvectione per fluvium est Chæronti dari solitum: quod Græcis θάρης dicitur. Ery-

Etymolog. *Δανάος* φέρεται ἐπί της θεραπείας πλεύσης
λαγών, ο τις νεργοίς οὐ τις σθνατός ή γίνεται διανακίς
τοις Δαναοῖς επιθετικός οὐ. Δαναὸς γὰρ οὐ μέρος τοῦ οὐ ξηροί,
δαναὸς γὰρ τοῦ ἔνεργος: Qui locus huic explicando egregie facit.

Etymolog. citat ex Callimacho quoque locum. pag.
102. *Venus suavi Musica super ingressa formosa saltavist.* L.
formosè saltavit. Sic de cad. 1. dulce subridens. s. libr. 5. ini-
tio: *suave recubans.* pag. 105. *Quod si vere jupiter mugivit*
in bovem. 1. in bove: sequitur enim: posset in asino meo latere
aliquid &c. pag. 117. lib. 7. visitur. Adeo praeponens ille Ty-
rannus sic parcus ordēs fuit: Scio Apuleium delectari *unqād*
abritus & libenter πλοιούχος; non incommodè tamen du-
ctum literarum quis advertens legere possit. A. p. i. T. des-
parcus ordēs fuit, vel etiam *trīpācūs.* p. 102. extremitate legi-
tur. Multos ego scio non modo asinos non inerentes verum etiam
féroesimos equos tali detestatione mansuetos (ac mansueti)
factos, quibz linceis inclusi, Orosium resipere censem, pro mato
suctos, legē mansuetos: Aliquis observatione vocem di-
gnari censens ad scribēre eius reditum: à mansuetis; quod deinde
decorruptum in textum irrebat: Mansuetem autem legi et
iam Notius rotat in Asin. sc. siccine. Neque obstat Apule-
alibi *Ursam Mansuete dicere,* duplicitem enim admississe in-
flexionem adserere mihi in proclivi sit, si opera fuerit pre-
tium. Extremo 7: Ceterum, inquit Lucius, titione doltrane
ris Astrea Meleager Asinus interposset.

Cōlvius in MS. legi ait *Certum & quidem non valde*
videtur improbare Falso: Ceterum eleganter aliquando po-
nit prius ceteroquis, alioquin: Sic s. lib. 5. pag. 74. *Quare*
si quas forte lamentationes accepereis neque responderis, nec
prospiciatis omnino: Ceterum mihi quidem gravissimum dolorem
sibi vero sumponit creabis exiūm. Magnus Gisanus in iure

notavit insignia quadam locali. s. finis 6. postea off. de Damin.
inf.

Postea quām antēm qui possidere iure Domini à Prete
iussus est, nequaquam locus erit causonis oblationi & ita Læ-
beo: ceterum inquit nullus finis rei invenieatur. l. ast Prator 7.
§. quae situm est. ff. de Minoribus. Quod circumscripte erit fragi-
endum, ceterum nemo accedit ad emissam yermi pupillari-
um. l. s. ff. de Donat. inter Virum & Yxor. §. penalis. Hoc ita
si non per errorem calculi fecit. Ceterum indebiti fidei conge-
misi esse repetitionem nulla dabitatio est.

CAPIT X.

Cornel. Nepos tentatus.

Cornelium Nepotem de Vitis virorum illustrium collig-
tum à Gaspere Schoppio cum Mss. duobus nactus dicit
genter V. Lectiones ad oram mei exemplaris Ingolstadii
Anno 93. excusi notav. Et licet ille multa ex iis præclarè
pariō in Verisimilium libris, partem in suspedis etenenda-
rit illustrarit; reliquit tamen aliqua, forte reservans alteri
occasione: Quia tamen studiis hisce valedixisse videtur,
quazdam autem ea reliquis illis talia esse videantur, ut scribi-
torem illam puriorē, clariorē, etiam virorem redi-
dant, ea in communē proponemus.

In vita Dionis pag. 45: quas quidem ille diligenter obe-
undo, fideliter administrando crudelissimum nomen Tyranni;
sive humanitatē leniebat: Non liberter illud Latinebas loce
moveo, sūm I. pag. 48: eodem fere modo dicar: hanc ita
non levis obsequio, sed opprimere acerbitate stoduit, tamen
non dissimulabo. I. Mss. expreſſe habere tegebant. 2. regubat,
quod ex illo corruptum quis non videt.

Ead. pag. integrum in mortem incidit Diogenes: que cum
gravi-

